



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 49. Cardinalis Albertini artes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.  
A.C. 1305.

## §. XLIX.

*Cardinalis Albertini artes.*

**S**umma sedes continenter vacabat ob diffensionem Cardinalium Perusiae hærentium in conclave, atque in duas factiones prope pares divisorum. Alteri præerat Matthæus Ruber de Ursinis cum Francisco Cajetano Papæ Bonifacii nepote: altera sequebatur ductum Napoléonis de Ursinis, & Albertini Pratensis cognatos amicosque suos Columnas in pristinum statum restituere cogitantum. Priores Papam Italum & amicis Bonifacii faventem, cæteri Gallum volebant Philippo Regi, & Gibellinorum partibus addictum. Quodam die Cardinalis Albertinus cum Francisco Cajetano privatim agens, Grave malum damnumque, inquietabat, afferimus Ecclesiæ, dum Papam non eligimus. Per me non stat, quo minus id fiat, reposuit alter. Tum ille: Si artem bonam invenirem, num contentus es? Affirmabat iste: & conclusio fuit omnis suspicionis devitandæ gratia alteri factionum eligendos esse tres Transalpinos ad summam dignitatem idoneos; alteri intra quadraginta dies cooptandum ex his tribus aliquem, ac illum agnoscendum esse Papam. Cardinalis Matthæi sectatores in se suscep-

*Jo. Villani  
l.8. c. 80.*

*S. Anton.  
par. 3. tit. 21.  
6. I.*

trium delectu tanquam in rem suam Sæcul. XIV.  
futuro, tres Archiepiscopos transalpi- A. C. 1305.  
nos, si spectemus Italianam, respectu nostri  
cifalpinos, a Papa Bonifacio creatos, fi-  
deles amicos suos, & Galliæ Regis ad-  
versarii sui inimicos feligebant, quem-  
cunque illorum factio altera cooptaret,  
certo se Papam ad voluntatem suam  
habituros rati.

Fidissimus eis ac primus illorum trium  
erat Bertrandus Degotus Archiepisco-  
pus Burdigalensis, quem Cardinalis  
Albertinus credebat partibus suis aptis-  
simum ad assequendam votorum metam.  
Erat ille quidem cliens Bonifacii, & Gal-  
lorum Regis inimicus ob mala per Ca-  
roolum Valesium in bello Vasconio sibi  
illata; sed Albertino cognitus ut vir am-  
bitiosus, commodisque suis serviens, &  
qui facile cum Rege pacem jungeret. I-  
gitur ejus factio clanculum & scripto  
pacta conflavit sua cum factione alte-  
ra. Deinde hac inscia easdem pactio-  
nes cum litteris ad Regem misit per cur-  
sores fidos a mercatoribus suis sibi sub-  
ministratos & tam properos, ut unde-  
cim dierum spatio Perusia Parisios ve-  
nirent. His litteris orabat Regem, ut  
Archiepiscopum Burdigalensem reciperet  
in gratiam, si reconciliare sibi ipsi Eccle-  
siam, & Columnas amicos suos suble-

O o 3      vare

Sæcul. XIV. vare vellet, eoquod eum posset Papam  
A.C. 1305. facere.

Rex litteris acceptis lætissimus su-  
cepto fervide consilio per epistolam a  
amicitiae plenam Archiepiscopo locum  
colloquii præstituit, nempe Abbatiam in  
silya prope Angerium sitam. Illuc  
post sex dies Rex furtim modicoque  
cum comitatu & Archiepiscopus con-  
venere. Cum adfuissent sacro, & im-  
positis aræ digitis fidem sibi jurassent, Rex  
Præsuli comibus verbis spopondit fore,  
ut ipsum cum Carolo Valesio reduce-  
ret in gratiam. Tum ajebat: Est pe-  
nes me potestas te faciendi Papam, ille ve-  
lim: & ideo huc me contuli. Si sex  
mihi gratias, quas a te petam, promittis,  
hanc dignitatem tibi comparabo. Sub  
hæc produxit litteras ad le missas & pa-  
ctum inter duas Cardinalium factiones  
initum.

Archiepiscopus lecto utroque scripto  
vix præ gaudiol sui compos, ad Regis  
genua provolutus, Auguste Rex, in-  
quiebat, ut nunc video, mihi tantum fa-  
yes, quantum nulli alii, & bonum pro-  
malo reponere vis: jube folummodol  
semper obediam tibi. Rex erectum os-  
culatus, Audi, ajebat, audi lex gratia,  
quas a te posco! Prima est, ut mitti E-  
cclesiam perfecte reconcilies, & condon-  
nari cures malum, quod Bonifacium ca-  
piendo

piendo feci. Altera, ut me ad sectatores Sæcul XIV.  
meos piorum communioni restituas. A.C. 1305.

Tertia, ut in quinquennium omnes regni  
 mei decimas mihi concedas pro sumptibus  
 in bellum contra Flandros factis.  
 Quarta, ut Papæ Bonifacii memoriam  
 extinguis. Quinta, ut sacram purpuram  
 Jacobo ac Petro Columnis reddas,  
 & quibusdam de amicis meis conferas.  
 Sextam reservo declarandam in tempore  
 ac loco, quippe secretam & ponderosam.  
 Omnes promisit præsul, ac promissum  
 firmavit jurejurando supra SS. corpus Domini  
 Nostri: infuper obsides dedit fratre  
 trem ac duos nepotes suos. Vicissim  
 Rex juravit facturum se, ut ille in Papam  
 eligeretur. Postea discessere ut amici  
 optimi: & Rex abduxit obsides per spe-  
 ciem reconciliationis inter Archiepis-  
 copum Carolumque Valesium confi-  
 ciendæ.

II

**Clemens V Papa.**

Utprimum Parisios Rex redierat, Car-  
 dinali Albertino & factioni ejus per-  
 scripsit suum cum Burdigalensi Praesu-  
 le congressum, atque hunc eligi tuto  
 posse. Res tam bene fuit gesta, ut re-  
 sponsum occultissime Perusiam adveni-  
 ret triginta quinque dierum spatio. Ac-

ceptum